
IESVS, MARIA, IOSEF.

RESIDENTIA PRÆCISSA STATVTI NON ADIMPLETVR PER COADIVTOREM.



IN libro statutorum Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanę Cęsaraugustę est vnũ contentum sub *cap. 13. par. 4.* tenoris sequentis: *Los que fueren nueuamente proueydos Dignidades, Canonigos, y Racioneros desta santa Iglesia, no ganen cosa alguna de sus preuendas, sino residen el primero año seis meses, y vn dia continuos, que comiencen del primero dia que se presentaren en la Iglesia, assistiendo en Maytines, ò en Procession, si la huuiere, y Missa conuentual, ò en Visperas, de manera, q̃ esten cada dia en vna destas tres horas, hasta que se acaben; y si estuuieren enfermos en la Ciudad ganen como si residiessen: y si interrumpieren la dicha residencia pierden el tiempo que han residido hasta alli; y la han de comenzar de nueuo; y el que huuiere hecho la primera residencia, si fuere proueydo en otra preuenda no la haze otra vez; y cada año han de residir nueue meses continuos, ó interpolados del primero de Enero, hasta el postrero de Deziembre inclusiue &c.* Et paulo post sub eodem capite: *En el primer año de su residencia estan obligados los Preuendados aprender a cantar, y saber las ceremonias del Altar, y Coro dentro de seis meses, so pena, los Capitulares de diez ducados,*

dos, y los Racioneros, y Beneficiados cinco ducados, aplicaderos a la fabrica.

Dominus Scholasticus huius Sanctæ Ecclesiæ, nec præsentatus, nec hac prima statutaria residentia facta coadiutorem habens prætendit posse lucrari fructus, & distributiones suæ Dignitatis satisfaciẽdo supra dicto statuto per mediam personam sui coadiutoris. Sed in contrarium sequentia facere videntur.

Primó, quia statutum formam inducit, tum per temporis sex mensium appositionem *Mascard. de statut. conclus. 9. num.* 10. Tum quia loquitur cum illa dictione, *nisi*, quæ est formæ inductiua, *Barbos. dict.* 28. *nu.* 10. quia conditionem importat, *l. quibus diebus.* §. *quidam titio, ff. de cond. & demonstr. Barbos. loco citato num.* 9. & statutum conditionaliter loquens formam inducit *Mascard. dicta conclus.* 9. *nu.* 2. Sed quod statutum requirit pro forma est verè realiter, & in forma specifica adimplendum *Mascard. d. conclus. 9. num.* 62. Ergo residentia requisita ab statuto non poterit adimpleri per coadiutorem, qui non est verè Canonicus, *Barbos. de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 52. & 57. & repetit in *tract. de Canon. & Dignit. cap.* 29. *num.* 6. *vbi alios allegat.* Et confirmatur ex eo quod statuta sunt strictè interpretanda, nec extendẽda de persona in personam, *Mascar. sup. conclus.* 4. *à nu.* 1. igitur nostrum, quod solum loquitur de præbendato non poterit extendi ad coadiutorem.

Nec est ommittenda ponderatio illorum verborũ stat. ibi: *Del primero dia que se presentare*, illud enim verbum *presentare* denotat personalitatẽ, & exhibitionem proprij corporis *Glos. verb. representari in clem. dudum de sepult. l.* 1. *in princ. ff. de verbor. obligat.* cum

plu-

pluribus adductis per *Viuian. in prax. iur. patr. lib. 6. cap. 8. nu. 1. & 2. Rot. decis. 3. in fine de iur. patr. in nouis*

Præterea statutum semper regulatur ab eius ratione expressa, vt ex doctrina *Bartol. in l. liberorum nu. 12. ff. de verbor. significat.* & pluribus alijs tenet *Rot. apud Farinac. decis. 53. nu. 6. par. 1. posth.* ratio autem nostri statuti expressa est vt in illis sex mensibus præbendatus, & cantare, & ceremonias discat quæ personalissima sunt. Sed quod personale est nō potest coadiutus adimplere per suum coadiutorem *Garc. de benef. par. 4. cap. 5. nu. 89. & Rot. apud eundem ibidem nu. 138. in fin. ergo.*

Tertio qualitas requisita in pręɓendato ad faciendū se habilem lucrandi fructus suæ præbendæ non potest suppleri per coadiutorem, vt pro Ecclesia Barstastrē. fuit à S. Congregatione declaratum, refert *Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 10. nu. 79.* debet enim esse coadiutus habilis lucrandi, vt per suum coadiutorem lucrari valeat, vnde si coadiutus est excommunicatus non lucratur per suum coadiutorem, *Barbos. loco citato num. 87. Leon. in thesaur. for. Ecclesiast. par. 2. cap. 4. num. 66.* & declarauit *Rot.* refert *Garc. dicta par. 4. cap. 5. num. 135. ad finem.* Similiter si statutum disponat, quod carceratus iustè non lucretur fructus, non lucrabitur illos etiam si habeat coadiutorem, & sic fuisse à S. Congregatione declaratum, refert *Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 29. nu. 17.* Sed habilitas lucrandi fructus acquiritur per primam residentiam constat ex duabus *Rot. decis.* quas refert *Garc. de benefic. par. 3. cap. 3.* vna *num. 75.* ibi *Sed videbatur dominis tollere omnem difficultatem, quod Papa voluit eum posse percipere fructus etiam non facta prima residentia,* altera *nu. 77.* ibi. *Non parum confirmant hanc opinionem*

ver-

verba illa indulti non facta prima residentia ex quibus apparet Papam voluisse dispensare D. Ioannem ab accessu ad suam Ecclesiam pro prima residentia facienda. Ex quibus clare constat ad lucrandum fructus requiri aut primam residentiam, aut indultum lucrandi illos sine ea, hic defficit vtrumque. Ergo non erit habilis ad lucrandum, ergo non poterit lucrari per coadiutorem.

Ex quo etiam sequitur, quod qui non fecit primam residentiam non potest haberi pro præsenti est bis à S. Congregatione declaratum, & vtramque declarationem refert *Garc. dicta par. 3. cap. 3.* vnam sub *num. 51.* ibi: *Ad tertium non posse capitulum habere pro præsentibus Canonicos, vel Dignitates, qui nunquam in Ecclesia resederunt*, alteram sub *num. 52.* ibi: *Ad secundum illos Canonicos, qui nondum fecerunt primam residentiam, nec fidei professionem emisserunt, non posse quidem pro præsentibus haberi licet pro causis, & negotiys capituli absentes fuerint.* Sed coadiutus seruiente per coadiutorem non est præsens, vt de se patet, & constat ex *l. absentem 199 ff. de verbor. significat.* Sed solum mediante persona coadiutoris habetur pro præsenti, hoc est prohibitum in eo qui non fecit primam residētiam ergo.

Et confirmatur nam nunquam residentia ficta admittitur pro vera nisi in casibus á iure expressis, vt ex *Butr. in cap. ex parte 2. nu. 8. vers. Imo creditur, de Cler. non resid. & Milis. verb. absens sub nu. 4.* docet *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 40. nu. 95.* Nec præsentia ficta est potens ad satisfaciendum dispositioni loquenti de residentia, vt ex *Geminian. in cap. fin. in princ. nu. 6. vers. Ioan. de Lignar. de consuetudin.* docet idem *Lotter. loco citato nu. 97.* Ergo impossibile erit per præsentiam

coad-

coadiutoris, quæ ficta est respectu sui coadiuti, suppleri residentiam in coadiuto requisitam, cum id in iure non reperiatur.

Vnde etiam sequitur, quod coadiutus non potest lucrari per coadiutorem distributiones, quas ipse non erat solitus lucrari vt colligitur, ex *Leone in Thesaur. dicto cap. 4. nu. 65. & Sarauia de adiunct. quæst. 29. nu.* 11. qui licet loquātur de coadiutore infirmo idē etiam sentiunt quando is sanus est, & residet propter rationē quam afferunt, videlicet; quia fictio naturam immitatur, quæ millitat in vtroque casu: Sed in nostro casu dominus Scholasticus nullas erat solitus lucrari distributiones cum nunquam resederit igitur, nec poterit illas lucrari per coadiutorem.

Et tandem præbendatus, qui non fecit primam residentiam non dicitur habere plenam suæ præbendæ possessionem, cum nullos percipiat fructus, nec dictis sex mensibus durantibus facit illos suos irreuocabiliter, nam si vltima die defficeret in residentia deberet illos restituere vt patet ex statuto plena enim, & perfecta possessio consistit in fructuum perceptione, *Loter. de re benef lib. 2. q. 30. nu.* 10. ibi: *Nec enim ante fructuum perceptionem potest videri plene adeptus possessionem.* efficatia enim possessionis consistit in fructuum perceptione, *Sesse decis.* 191. *nu* 52. *tom.* 2. *Farinac. decis.* 397. *tom.* 1. *recent. Barbos. claus.* 101. *n.* 14. Sed huius possessionis deffectum non potest coadiutus supplere per suum coadiutorem ex efficaci ratione; nam nullus potest sibi querere possessionem, nisi per se, vel per actus nomine suo factos, *Posthius* plures allegans, *de manutent. obser.* 55. *nu.* 114. coadiutor autem actus, quos in seruiendo facit Ecclesiæ, non facit illos nomine coad-

iuti,

iuti, sed nomine suo proprio, *Garc. dict. par. 4. cap. 5. nu. 84. & 105. & 113. Barbos. de iur. Eccles. lib 3. cap. 10. nu. 87. & 95. Leon in thesaur. for. Eccles. par. 2. cap. 4. nu. 66. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 25. nu. 39.* Ergo im possibile erit, quod per actus coadiutoris querat sibi coadiutus integralitatem possessionis suæ præbendæ. Maxime, quia fructus pertinent præbendato ratione tituli, nam si non haberet titulum etiam si seruiret nō faceret fructus suos, certum est, sed coadiutor nullam habet tituli possessionem, sed solum seruitij, *Farinac. decis. 637. num. 3. par. 1. recent.* Ergo ex possessione coad iutoris non poterit coadiutus lucrari fructus.

Neque supradictis obstat doctrina *Garc. de benef. par. 4. cap. 5. nu. 114.* Vbi probatur, quod residentia statutaria potest adimpleri per coadiutorem. Quia respondetur, quod residencia est dupliciter consideranda; vno modo ad lucrandum, alio ad acquirendam habili tatem lucrandi, illa potest supleri per coadiutorem, quia per bullam coadiutoriæ id illi conceditur; hæc vero nullo modo cum sit personalis, nec in ea dispense tur, vt satis supra probatum est, & de illa intelligitur locus *Garc.* de secunda vero nostra, de qua agimus. Et vtraque ex dictis residentijs reperitur in statuto, nam in primis præcipit residentiam sex mensium, vt habilitetur præbendatus ad lucrandum fructus, cum sine ea illum inhabilem faciat statutum. Deinde præcipit residentiam nouem mensium, sub pœna amissionis fructuum prorata temporis absentiæ, hæc secunda bene poterit adimpleri per coadiutorem, quia cadit in subie cto habili ad lucrandum, non verò prima vt dictũ est.

Neque obstat, quod in bulla coadiutorię adsint clau sulę ita pręgnantes, quod posint in sua latitudine com

pre-

prehendere etiam hanc primam residentiam. Quia respondetur. Primo; quòd cum coadiutoriæ sint contra ius, & maximè contra *Conc. Trid. ses. 25. de reformat. cap. 7.* vti tales sunt odiosę, & exorbitantes, *Mohed. decis: 338. alias 10. de priuileg.* & sic restringendæ ex *reg. odia de reg. iur. in 6.* & sic solum operabuntur in concessis, & expressis in bulla, & non alias, quia semper dictæ clausulæ intelliguntur, prout de iure, vt dixit *Rota apud Farinac. decis. 657. num. 2. tom 1. recent.* & hæc clausula, prout de iure denegat, quod ius non permissit *Surdus cons. 379. num. 34 & Seraph. decis. 530. nu. 5.* & illud verbũ, de iure intelligitur tam communi, quã particulari, *Decius cons. 517. nu. 9. Marches. de commis. par. 2 pag. 144. n. 118.* de iure pariter non potest coadiutor quæcunque competunt coadiuto, vt considerauit *Oldradus cons. 44. nu. 3. Anchar. & Imol. in cap. fin. de Cler. ægrot.* Vnde clausulæ dictæ bullæ coadiutoriæ non poterunt operari circa hanc qualitatem requisitã à statuto cum id non exprimat, quandoquidem circa expressa tantum, & concessa operantur, & non aliàs vt dictum est.

Et inde videmus, quod per dictas clausulas coadiutor non consequitur sedem sui principalis, *Garc. dicta par. 4. cap. 5. nu. 66.* Neque priuilegium de adiunctis, *Sarauia de adiunct. quæst. 29. per totam.* Neque indultum de percipiendis fructibus in absentia, neque potest esse iudex delegatus, *Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 10. nu. 73. & 74.* Neque comprehenditur in statuto, quod ex aliqua causa iubilare facit Canonicos, vt ex declaratione S. Congregationis, docet *Barbos. in collect. ad Conc. Trid. ses. 25. de reformat. cap. 7. nu. 21.* quæ tamẽ omnia apta sunt comprehẽdi in dictis clausulis,

quan-

quanto magis hic vbi prohibitio est statutaria, quæ debet non sub volumine verborum, sed expressè derogari *cap.1.de constit.in* 6. *Farinac.decis*.666.*num*.8.*tom*.2. *recent*.

Secundo respondetur bullam coadiutoriæ secum ferre duas limitationes, quarum vtroque comprehendit casum nostrum, vna est sub illis verbis: *Faciendi omnia & singula, quæ ad huiusmodi coadiutoris officium de iure, vsu & consuetudine spectant*, de iure autem hanc primam residentiam fieri non posse per coadiutorem iam supra satis ostensum est; nec etiam ex vsu, & consuetudine huius Ecclesię, vt fuit declaratum per Capitulum in persona D. Claudij Sorbes, qui cum viuēte suo coadiuto resedisset non solum per sex menses, sed per plures annos, mortuo illo prætendidit, non teneri denuo ad illam residentiam, cum iam per amplius tempus resedisset, & tamen declarauit Capitulum contra illum & fuit obstrictus adimplere residentiam statutariam, non obstante quod idem statutum liberat ab iterata residentia, illum, qui semel etiam si in alia præbenda illam adimpleuerit. Ergo quod non potest coadiutus pro se minus poterit pro alio, ad tradita per *DD. in cap.fin.de procurat*. fortior enim est semper virtus propria quam mutuata, ex *Bart.in l.quod principi num*.2. *ff.de legat*.2. Ergo cum hęc residentia non pertineat ad officium Coadiutoris, ex dispositione eiusdem bullę coadiutorię non potuit adimpleri per ipsum.

Secunda limitatio continetur sub illis verbis: *Ad ipsum Martinum ratione dictæ Scholastriæ quoquo modo spectantibus*; quę verba sic intelliguntur, vt quæ dominus scholasticus acquirere potuerit solo titulo, & possessione instrumentali scholastrię absque necessitate ali-

alicuius qualitatis postea cōparandæ, veniant in coadiutoria, secus autem si alia qualitas subsequens fuerit necessaria, ita sensit, & decjarauit *Rota in vna Salamãtina*, quam refert *Garc. dicta par. 4. cap. 5. nu.* 134. vbi cum coadiutor prætenderet per dictas clausulas generales sibi deberi sedem sui coadiuti, declarauit *Rot.* in contrarium dicens: *Licet in coadiutoria diceretur, quod Ioannes haberet omnes prærogatiuas Antonio competentes, quæ verba sua latitudine indicare videbantur, coadiutori deberi quæcunque Antonio iure proprio debebantur, nihilominus domini considerabant illa restringi per alia verba in rescripto apposita. videlicet ratione Canonicatus, ex his enim apparebat in gratia fieri distinctionem inter illa quæ competebant ratione Canonicatus, & ratione antiquitatis, vnde cum sedes non cōpetat ratione Canonicatus, sed ratione antiquitatis &c.* Ex qua constat, quod cum ad Sedem non sufficiat titulus Canonicatus simpliciter, sed illa qualitas superueniens antiquitatis fuit iudicatum in coadiutoria non comprehendi, in hac Ecclesia ad lucrandum fructus non sufficit, quod quis sit simpliciter prębendatus. Sed vltra requiritur qualitas illa, quæ subsequitur residentię, sine qua nihil prębendatus lucratur. Ergo fructus non veniunt simpliciter ratione scholastrię, absque qualitate residentię, bulla restringitur ad illa solum quę spectãt ratione scholastrię simpliciter ergo.

Neque obstat alia clausula, quæ in bulla subsequitur, in *vers. Fructus vero redditus &c.* quia hęc tendit ad alium finem videlicet ad declarandum ipsos fructus & redditus non ad coadiutorem, sed ad coadiutum pertinere ibi: *Tu non tibi, sed ad ipsius* Martini *vtilitatem*

eue-

lucrari teneâris , & ſic non debent ad alium finem pro trahi contra intentionem Papę vulgata *l.non monis,ff. de reb.cred.*cum ſimilibus.

Neque obſtat dicere; quod ſi coadiutus laboraret perpetuo impedimento,& coadiutor non poſſet facere primam illam reſidentiam ſequeretur,quod Eccleſia fraudaretur ſuo ſeruitio,cum nec coadiuti, nec coadiutoris vteretur.Quia reſpondetur. Primo , quod non ſtamus in hoc caſu.Secundo;quod ei poſſet prouideri per indultum Apoſtolicum. Et finaliter non excuſſari coadiutorem a reſidentia,& ſeruitio Eccleſię,eo quod coadiutus nullos lucretur fructus , & diſtributiones. Duplex enim conſideratur reſidentia in coadiutore, vna,quæ reſpicit ſeruitium Eccleſię,alia vtilitatē coad iuti , igitur licet hęc ſecunda non conſequatur non ideo liberatur a prima , tenetur enim reſidere coadiutor , & ſeruire Eccleſię , etiam ſi coadiutus nullos lucretur fructus,ſub pœna priuationis coadiutorię,iam enim ipſe habet propter hoc ſeruitium ſuum emolumentum,quod eſt futura certa ſucceſſio in beneficio,ſi enim reſidere non eſſet obſtrictus coadiutoria reſolueretur in ſimplicem expectatiuam omnino hodie prohibitam per *Conc.Trid.ſeſ.* 24. *de reformat.* c.19. prout hęc omnia cōſiderauit , *Rot.apud Farinac. deciſ.*392.*per totam par.*1.*poſth.* igitur non ſequitur , ſi coadiutus non facit primam reſidentiam, quia non po teſt nullus tenebitur reſidere.

Neque tādem obſtat dicere iam in hac Eccleſia eſſe practicatum, vt hęc prima reſidentia fiat per coadiuto rem in perſona N. Moles , coadiutoris Canonici Ara-gues,qui nunquam venit ad reſidendum,& tam ex ſeruitio coadiutoris lucrabatur, & patet ex libris Eccle-

ſię.

siç. Quia respondetur ex libris de Gestis non constare hanc primam residentiam fuisse adimpletam per coadiutorem, nec tale aliquid dicunt, nec ex eo quod in libris distributionum reperiatur scriptus probatur, quod ei distributiones fuerint solutæ, nam idem est hodie de domino Scholastico, & tamē non eas recepit, siquidem disceptamus de ipsis Secundo potuit esse, quod esset dispensatus in prima residentia, prout illa de quo per *Rot.* apud *Garc. dicta par. 3. cap. 3. num. 75. & 77.* Tertio (quod probabilius est) potuit esse, quod distributiones non pertinerent ad coadiutum, sed ad coadiutorem ex concessione coadiuti in coadiutoria, quo casu inhabilitas coadiuti non nocet coadiutori, ex *Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 29. nu.* 16. Nec mirum si illas concesserit, quando ipse eas lucrari non poterat mediante persona coadiutoris cum non esset solitus, vt supra probatum est, & suadeţur ex eo quod in libris nō coadiutus, sed coadiutor nominatur, & scribitur contra stillum, & vsum Ecclesiæ, in qua nusquam in dictis libris, nec aliàs nominatur coadiutor, dum coadiutus viuit, vt patet ex eis.

Igitur dum bulla coadiutoriæ dicti Moles, non apparet, & cum ea veritas facti, potius erit quælibet ex dictis præsumptionibus sequenda, quam condemnare maiores nostros, quod contra ius, & statutum fecerunt, præsertim cum reperiamus taliter fuisse obseruantiæ dicti statuti zelatores, vt statim eo iurato, & recepto anno 1607. deliberarunt, quod durantibus dictis sex mensibus ex fructibus nil omnino daretur præbendato, sed solum distributiones, hę tamen sub fideiussoribus, & cautione de illis restituendis, si residentiam non adimpleret, quomodo igitur est credendum de cę

tu

tu tam graui, quod in tam breui tempore & iuri, & ſtatuto, & deliberationi capitulari contrauenirent?

Secundo reſpondetur exemplis non eſſe iudicandũ, *l. nemo, C. de ſentent. interlo. omn. iudic*, quando ſunt claré, & perſpicuè contra legem, & rationem, vt explicat *Lotter de re benef. lib. 1. in appar. nu.* 81. eſſet enim cadere in reprehenſionem, quam faciunt DD. citati per *Loter. ibidem nu. 76. & 77.* non enim ſpectandum eſt, quid actum fuerit Romę, ſed quid agi fieríque deberet dicit *text. in l. ſed licet, ff. de offic. præſid. Coraſ. lib. 2. miſcel. cap. 5. nu. 3.* & dicebat *Neuiz. in ſyl. nupt. lib. 5. nu. 62.* à recepta opinione DD. non eſſe recedendum, & ſi contra eam aliquando iudicatum fuerit, quia potuit eſſe ex aliqua cauſa quam ignoramus, plures allegat, *Barboſ. axiom. 86. nu. 3. in fine*, ſed hic ſumus in caſu claro, vt probatum eſt. Ergo exemplum allegatum nullius poterit eſſe ponderis, & momenti vt per illud contra ſtatutum, & rationem modo iudicari debeat nunquam enim interpretatio tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat, *Anſaldus conſ. 20. nu. 75.*

Et tandem quando non vnum, ſed plura allegarentur exempla, nil prodeſſent. Nam quando ſtatuentes ex ſe ipſis non habent auctoritatem legis condendæ, ſed indigent approbatione ſuperioris, ipſi ſoli, & eorum obſeruantia non ſufficiunt ad tollendum ſtatutũ, iam alias receptum, & iuratum, vt ex pluribus docet, *Maſcard. de ſtatut. concluſ. 6. nu. 92.* neque etiam ad illud interpretandum, cum illius ſit interpretari cuius eſt condere, *cap. ex parte 31. & ibi gloſ. verb. interpretatione*, quę concordantes allegat *de verbor. ſignificat.* plures allegat *Barboſ. axiom.* 130. *num.* 1. Sed capitulum non poteſt abſque approbatione ſuperioris condere ſtatuta

tuta

tuta, vt patet ex *Bull. Secularizationis num.* 107. *&* 195.& iſtud iam erat receptum, & iuratum. Ergo ex ſola auctoritate capituli, non poterit ſubuerti; ex quibus videtur hanc primam reſidentiam fieri non potuiſſe per coadiutorem;nec ex illa habilem eſſe factum domnum Scholaſticum ad lucrandum fructus, & diſtributiones ſuæ dignitatis.

Præſertim cum nec fidei profeſſio ſit facta per eundem perſonaliter,hęc enim etiam ſi de iure ſecundum opinionem aliquorū fieri valeat per procuratorem,ex traditis a *Dian.reſol.moral.par.*5.*tract.*14.*reſol.* 22. illam tamē nec S.Cong. nec Rot. approbauit imo cōtrariam eſſe ſequendam decidit docet *Garc.de benef.par.* 3.*cap.*3.*num.* 74. *&* 75. & ſic non videtur recedendū a S. Cong. & Rot. ſententijs, ex traditis á *Barboſ. de iur.Eccleſ.lib.*1.*cap.*4.*nu.* 81. *Salgado de ſuppli. ad SS. par.*2.*cap.*2.*à num.* 7. *Pauinis in prælud. ad extrauag. in fine,Ceuallos in com.contra com.in præfat.num.*25. *&* 26.*Gratian.diſceptat.*104.*num.* 56. *& Loter. de re benef.lib.*1 *in appar.num.*80.& in hac Eccleſia iam id extat abſque diſputatione cum ſtatuto ſit ordinatum profeſſionem fieri debere perſonaliter iuxta *ſtat.* 12. *par.*2.& quamuis hęc non videatur, neceſſaria quo ad lucrandas diſtributiones,ex traditis a *Garc. dicta par.* 3.*cap.*3.*nu.*59.hic non ſolum de diſtributionibus, ſed & de omnibus alijs fructibꝰ diſceptatur,& prætēditur ex ſupradictis domnū Scholaſticum,neque fructus,neque diſtributiones ſuæ dignitatis lucratum eſſe vſque ad ſuam perſonalem reſidentiam,& profeſſionem omiſſam.